



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De matrona Flandrensi, quae serpentem in orbita bibit, & in partu
eiundem effudit, cap. 71.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

CAPVT LXXI.

Matrona quædam in Flandria, sicut nuper audiui à Wigerò monacho Vilariensi, cùm infantem peperisset, circà illius corpusculū serpens maximus se complicauerat: de quo cùm disputatum fuisset, quomodo foret sine periculo infantis abstrahendus, consilio cuiusdam, gladius super eum positus est, ad cuius frigiditatem coluber territus, se erexit, & ab infate cecidit, qui baptizatus, paucos superulxit dies. In orbita eundem serpentem matrona fertur bibisse.

CAPVT LXXII.

Simile penè cōtigit in diœcesi Traiectensi, in villa Dulre. Nutrix Alardi nouitij nostri, sicut ipse mihi retulit, cùm quadā die iuxta alueola apū dormiret, ingens serpens per os ventrem illius intrauit adueniente eius marito, vt dormientem excitaret, vidit caudam, ad mensuram digiti, eiusdem serpētis adhuc in ore superesse, quem cùm retrahere non posset, illa euigilauit, dicens: Valde incommodè soporata sum, & noluit ei maritus indicare quod acciderat, ne ex ipso timore moreretur: erat enim vicina partui. Cui à matre, consilio viri, lac & dulcia quæque ministrabantur, vt serpens eisdem potatus quiesceret: in hora verò partus, mulier cum infante serpentē effudit: quē cū vir extracto gladio expectasset, & ille, sicut est naturaliter prudens, ad feminam rediret, præoccupatis eius itineribus occisus est, adhuc eadem mulier viuit. Si omnia recitare vellem, quæ meis temporibus miraculosè quasi contra solitum cursum naturæ facta sunt, antè me tempus deficeret, quàm copia dicendorum. Interim ista teneas, in his delecteris, quia ad ea, quæ magis vtiliora sunt, festino. Quia scriptum est de Deo: Mementote mirabiliū eius quæ fecit, eorum quæ dicta sunt recordemur, dicentes cum Prophetis: Tu es Deus qui facis mirabilia solus: Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Nomen patris Christus est, per quem facta sunt omnia. Cui cum

Psal. 104.

Psal. 76.

135. 113.

Tu es Deus qui facis mirabilia solus: Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Nomen patris Christus est, per quem facta sunt omnia. Cui cum